



ALTE FRAUEN IN DER PARADIESSTADT

DISSERTATIO JVRIDICA

DE

1733

XVIII.  
LXVI.

21 32

# TESTAMENTO TEMPORE PE STIS CONDITO

QVAM

ILL: JVRISCONSULTORVM ORDINIS CONSENSV  
AD DIEM VII. NOV. A. M DCC XXXII.

PRAESIDE

## GOTTLIEB STVRMIO

PH. ET J. V. D.

IN AVDITORIO JVRIDICO  
SVBMITTIT

*AVCTOR ET RESPONDENS*

JOANNES AVGVSTVS WEINLIGIVS  
DRESD.

---

VITEMBERGAE  
LITERIS SCHLOMACHIANIS

Vactus tandem sum, quam in votis dū iam habui occasio-  
rem, Tuum Vir Praenob: Ampliss: Confudit: Satis ac Tu-  
tor in aeternum. Scende Praeser huic generationis granuſtine  
ubilibe colloquii quo sane colloquio quid incundis, quid arreptis  
nisi cuenire potuisse, haud video. At enim vero, maxime etiam  
deo, quod talis non sim, qualem ingenii Tui deſtitutus deſiderem, et  
i TBS pro ecclesiæ p̄fici Tua eruditio et doctrina contingere debet  
vobis diſcretio. Interim solatium haud exiguum miche maxima  
ia rales humanitatem adferit, quae ter fractas et vilioris p̄fetū en-  
da correctione dignati confuerunt. Quia de causa abs Te, Vir praes-  
er: huic diſcret: granus: p̄eto, ut leuidissima mea benigencia  
in dubia, eaq; reſponsione doctissima diſcretias. Quid mea  
in partium est, non deero, sine luce temptationis exceptione meam  
TBS offertantiam reverentiamq; latig teſſari.

Line Te V. Sui: nobilis: Faut: ac amice honorat: Sub: et  
jo: huic diſcret: dignos: ne officiū ratio ſalutare iubet. Multa  
ne diligenter ab industria diſcretatio huius elaborata eſt, unde ſit, ut  
ſciatis nam eruditio nem an venustatem dicendi magis mitem?  
Tua autem voluntate eximia in me et singulari amore quid di-  
m? Qui tanti TBS ſyris ſum, ut mihi inter alios multos amicos  
mores opponentes munus demandares. Ego quidem is non sum, qui  
ſeſe metiri modulo reficiat, ſuacq; tenacitatis oblitus; at, delectat  
men hic pietatis tuac error, qui pteura nobis tribuere p̄fices; quam modi  
genii et metitorum implete queat. Quamplurimum TBS de hoc malo am-  
ice docimento in me debere conſiteor, eaq; magis me ſidi obſtructum cendo  
illius ubiq; largiusq; egundat.

VIRO  
AMPLISSIMO CONSVLTISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO  
**CHRISTIANO**  
**WEINLIGIO**  
INSPECTORI REDITVVM QVI  
EX ANNONA ET FVNDIS PROVENIVNT  
DIGNISSIMO  
DRESDAE IN SAXONVM METROPOLI  
HODIERNA ARCHIGRAMMATEO  
CELEBERRIMO  
*PATRI SVO LONGE LAVDATISSIMO*  
QVALEM QVALEM HVNCCE INGENII FOETVM  
TESTIFICANDI HONORIS ÆQUE AC PIETATIS ERGO  
DICAT ET CONSECRAT  
OBETIENTISSIMVS FILIVS  
**JOANNES AVGUSTVS WEINLIGIVS**

VIR  
AMPLISSIME CON  
SVLTISSIME ATQVEDO  
CTISSIONE  
PARENS OMNI OBSEQVII CVL  
TV PROSEQVENDE

**N**ihil, Ausonio teste, pejus, nihil  
imprudentius terra alit in-  
grato homine. Adeoque **TIBI**,  
**VIR CONSULTISSIME**, Parens ad  
urnam usque magnopere Deveneran-  
de, ne turpissimum illud vitium incur-  
re

tere videar, decentissimas pro insignis in  
me collatis beneficiis, persolvere consti-  
tui gratias, atque una quibus par est,  
precibus obnixe & submisso Te orare  
& abs Te contendere, ut porro rebus  
meis favere non dederis. Maximis  
quidem & nunquam intermorituris  
Tuis in S. P. Q. Dresdensem meritis,  
quæ Domi forisque omnium laudibus  
celebrantur parum forte gratiæ refer-  
re videbor, quando hoc tempore in con-  
spectum Tuum, oppido venerabilem,  
prodire, tenuemque hanc Tibi Differ-  
tationem offerre sustineo. Ast enim ve-  
ro, id a Te, Vir Consultissime, Parens  
summopere colende, maxime flagito,  
ut benigno vultu accipias hoc mei in  
Te obsequii ac declarandæ pietatis qua-  
lecumque monumentum. Ita enim immor-  
tale

11e tale Numen supplex obtestor: ut Tuam  
felicitatem Tibi augeat quotidie & cu-  
mulet, valetudinem concedat vegetam.  
& firmam, Consiliis successus largia-  
tur ultra vota prosperos, atque florem  
Familiae nostrae omni temporum statu  
tueatur. Id quod omni pietate sum-  
maque animi contentione precatur

## CONSVLTISSIMI AMPLISSIMI QVE NOMINIS TVI

Vitemberge

d. VII. Nov.

1733.

Studioſiflmuſ Filiuſ

JOANNES AVGUSTVS WEINLIGIVS



Q. D. B. V.

Vs Romanum multis labo rat subtilitatibus, quod cuique illud inspici  
enti patet, & cuius rei ratio ex pe-

*Jus R. nimis  
um subtile*

*q. 6.*

nitioni reipublicæ Romanæ habitu cognosci potest. Scilicet patri-  
cii, qui dominatum in populum af-  
fectabant, condebat formulas so-  
lennes, legis actiones, actusque legitimos, eosque, ne e-  
vulgarentur, magno studio curabant. *Heinecc. Antiq.  
Rom. Prooem. §. 6.* Hinc quisque prudentum deplorat  
Germaniæ nostræ statum, quem introductio juris Ro-  
mani in foris nostris mirum in modum affixit, impri-  
mis cum juris Canonici placita jamjam in foris domi-  
natum indepta essent, ut jura patria oblivione fere ob-  
ducta sint, adeo, ut juris multitudine & varietate labo-  
remus. Videas quæso *Gribnerum quoque in Dissertati-*



*A 100*

*tione de incertitudine juris*, qui de juris incertitudine querelas moveret. Hinc etiam nemini mirum erit, quod Germani propter morum simplicitatem, apud quos plus valebant boni mores, quam leges, abhorrebat a juris Romani tricis. Exempli loco est saevitia post cladem Q. Vari in linguas Advocatorum Romanorum, quos in castris secum trahebat Quintilius tanquam milites togatos: *Flor. L. 4. c. 12. §. 37.* Interim tamen quia peregrina Germani semper magis sectantur quam propria, & jus Canonicum pro superstitione priorum temporum nimium placebat & tam in decreto quam decretalibus multae reperiuntur leges civiles canonisatae (*a*) jus etiam Romanum tam altas egit radices, ut operam perdat & oleum qui hoc jus ex Germanorum finibus eliminare conatur. Quodquod vero evolvas juris Romanii caput ubivis subtilia invenies. Ordinatio testatorum imprimis maximis involuta est subtilitatibus (*b*)

En!

(*a*) Distinguit B. Bergerus in præf. ad LL. obſt. qu. 4. inter LL. Canonisatas & registratas, illarumque catalogum exhibet.

(*b*) Quanquam viris eruditis & magni nominis per seculum & ultra opinio hæsit, quod testamentorum solennitates ab ovo, ut ajunt, repetendæ sint, & recurrentum ad tempora priorum testamentorum in comitiis propofitorum. Nuperrime tamen post *Vinnium in Comment. ad Infl. L. 2. Tit. 10.* non nemo huic opinioni dicam scripsit. Et quamvis non admodum modeſte egerit cum viris doctissimis, qui ab eo diſſentiantur, tamen modeſte nos eorum defensionem, ad eruendas veritates, suscipiamus.

„Obj. A.“

En! ex quo capite prudentiae legislatoriæ, nisi respicias  
ad

„Obj. A. Primo credit Clarissimus Dominus dissentiens ge-  
„nuinam rationem, cur testamenta publice coram po-  
„palo sint condita, hanc fuisse, ut valor eis conciliaretur  
„a populo, quia neque juris naturalis, neque tunc tem-  
„poris, positivi fuissent, & deinde rejicit *Bynkershoeckii*  
„opinionem L. 2. obs. c. 2. propositam, variis ex rationi-  
„bus, ut mox videbimus.

Obs. I. Negamus ante omnia testamenta non juris natura- *Testamenta*  
lis esse; quid enim naturalius excogitari potest, quam *sunt j. NLit.*  
ut id, quod quis post mortem velit, scriptis vel ore tenus  
exponat, dum vivit. Largimur facile J. N. ignorare  
solemnitatum multitudinem, sed de ipsa re sermo est. Pu-  
rant quidem illi, qui cum dissentiente faciunt, ideo te-  
standi jus alienum a simplicitate J. N. esse, quia Domi-  
nus dum vivit, nil transferat, post mortem autem non  
amplius sit dominus. Licet enim non ipsa hereditas  
transferatur, transfertur tamen jus hereditatem vindicandi,  
datque defunctus in testamento heredi jus, ut po-  
tior sit eo, qui nullum jus habet, traditio enim ad trans-  
ferenda rerum dominia non est de J. N. necessaria;  
Deinde instant: sed deficit ratione heredis acceptatio,  
sed haec non est necessaria, ut statim fiat, sufficit quod  
post mortem acceptandi voluntatem exponat heres he-  
reditatem adeundo.

Obs. II. Negamus, quod tunc temporis, ubi scilicet testa-  
menta in Comitiis fierent, non fuerint juris positivi.  
a) Qui fieri enim potuisset, quæsto, ut lex Romana actui  
cuidam, ut h. l. testamentorum factioni, certas præscri-  
bere potuisset solennitates, ita tamen, ut actus non factus sit  
juris positivi? Eo enim ipso dum lex introducit actum  
certis solennitatibus, ut hoc loco, sit actus juris positivi.

A 3

β) De-

ad statum Romanum, defendes. Primum: quod fa-  
milia

¶) Deinde quis nescit apud omnes gentes testamentorum usum fuisse frequentissimum, ut late testatur *Vinn.* c. 4. & apud omnes gentes peræque testamentorum jus floruisse; quis igitur credat, Romanos, qui ex variis elementis quasi congregati in unum corpus coauerint. *Flor. L. i. c. i. §. 9. 10.* mores suos pristinos, & testamentorum usum deseruisse? Potius quilibet pro more suæ gentis ab initio testamenta condidit, qui mores deinde tacita legis instar valuerunt. Sunt equidem haud pauci, qui testamentorum usum inter gentes in dubium vocant, sed sine sufficiete fundamento. Provocant ad Germanos, quorum simplicitas testamenta non admisi. Sed haec abhorrentia provenit potius ex nimio domesticorum rerum neglectu, quam ex odio testamentorum. Accedit quod propter iaopiam testamenta ignorarent, nil enim habebant, quod in illis relinquenter. Ab initio illis nil erat proprii, vid. *Jul. Cas. de Bell. Gall. L. 6. c. 22.* vel saltim per annos res domesticas mutabant *T. M. G. c. 26.* & superioribus temporibus res proprias non curabant, sed desides erant, bellis, venationibus & commensationibus oblectabantur *Iac. c. 1. c. 25.* Nec aliquid proficiunt, qui Ebraeos objiciunt; inter hos enim testamentorum usus saltim prohibitus videtur ratione immobilium neutriquam ratione mobilium, & immobilium prohibito pro fundamento habebat a)æqualitatem bonorum immobilium, b) ut perpetetur stirpis cuiuslibet memoria inter Judæos, *Num. XXVII. §. 8. seqq. junct. Deut. XXI. §. 16. Sir. XXXIII. §. 24. 2. Reg. XX.* Et æqualitas bonorum olim & inter alias gentes testamentorum frequentiam refrænavit. γ) Tandem ipse dissentiens fatetur, quod statim primis temporibus Romanorum testamenti factio in usu fuerit, teste *Plutarcho*

in

*Cur Germani  
testamenta  
non habu-  
erint.*

milia seu hæreditas fuerit res mancipi, quod ea de cau-

sa

*in Romulo, ubi Anci Marci temporibus dives quidam  
meretricem moriens heredem scriperat.*

„Obj. B. Nullo quoque modo refellitur Bynckershoeck alii-  
„que, qui statuuut, ideo in comitiis facta esse testamen-  
„ta, ut legi, quæ ad successionem vocasset agnatos, dero-  
„garetur a populo in comitiis; 1) quod per LL. XII. Tabb.  
„agnatorum successio denum sit introducta *pr. f. de le-  
„git. agn. success. post. 2)* & post has LL. Tabb. XII. antiqua te-  
„standi in comitiis confuetudo evanuerit.

Obs. III. Credibile est LL. XII. Tabb. nil novi introdu-  
xisse, sed saltim quid usu olim obtinuerit in memoriam  
revocasse. Successio enim ab intestato atque proximiorum  
apud omnes gentes peraque custodiebatur; ita  
multis exemplis docente *Bodino de Rep. Lib. 6. c. 5.* &  
sacra pagina ipsa, in locis supra obs. 2. excitatis, de hujus  
rei veritate fidem facit, quis autem credit in hac Romanorum,  
ex variis gentibus colluvie, non idem in usu fu-  
isse? Imo jam ante Romanam conditam apud Albanos de  
agnatorum successione disceptatum est, quare Romanorum  
conditores periculo mortis exponebantur, nisi, uti  
fabulosa vetustas refert, & amnis & lupa a Deo quasi  
commota, eos conservasset, *vid. Justin. L. 43. c. 2.* Et  
si vel maxime non ita stricte de agnatis res possit expo-  
ni, sufficit, quod per testamenta excluderentur heredes ab  
intestato, quos omnino non nisi lex nova, in comitiis  
ferenda, præcludere poterat. Accedit quod, quia regi-  
bus expulsis, eorum etiam ejicerentur leges; & e Grae-  
cia novas repeterentur, in primisve Lycurgi, quæ succe-  
sionem ab intestato restrictam habebant ad agnatos *Plu-  
tarcb. in Solon. ob odium regum, in LL. deinde posteri-*  
*ori*

sa per æs & libram testamenta condi debeant: cur septem  
testes requirantur, scilicet, qui repræsentarent totum  
populum Romanum, (c) postquam testamenta in co-  
mitiis

oribus XII. Tabb. saltim mentio, hujus rei quasi aucto-  
rum, facta sit. Nec adeo credibile est, quod tam  
dissentient ut rem certam opponit, antiquum testandi ri-  
tum statim post XII. Tabb. defuisse. Sanctio Legum  
harum nota est: *Pater familias uis legasset super pecunia  
et uelæ rei sua ita jus esto.* Quis autem exinde conclu-  
dat, ergo post hanc legem sine omnibus solennitatibus  
testamenta facta sunt? Quis est, qui nescit *L. 35. pr. C. de  
moff. i. 5.* quæ satis superque hanc inconcinnam opin-  
ionem refellit. Multo minus probabile est, quod Româ-  
mani, adeo solennibus dediti, per tam longum tempus,  
scilicet usque dum patricii per æs & libram testandi mo-  
rem introduxerint, absque omnibus solennitatibus testa-  
menta condidissent, & deinde statim a patriciis jugum  
sibi imponere passi sint. Et licet regibus pulsis eorum  
quoque leges expiraverint, de solennitatibus autem & lu-  
dis idem dici non potest. *§. 5. J. de J. N. G. & C. Eutrop.  
L. 1. c. 2. & 5.* Imo de LL. Regum res non sine limitatione  
vera est, per ea, quæ habet *Dionys. Halic.* *L. 2. c. 4. add.* *L. 2.  
π. de morti. inf.* Sed, inquis, conceditne plane nullam liber-  
tatem Lex XII. Tabb? Respondeo, omnino, quam vide  
apud *Ulp. Frag. XI. 14.* his LL. legatorum quoque libertas  
introducta videtur *L. 120. π. de V. S.*

(c) Monstra hæc esse ad serit supra laudatus dissentiens, &  
matur à tot eruditis ea concoqui potuisse. Negat scilicet  
quod testes in testamento originem debeant divisioni ser-  
vii Tullii, qui populum in V. classes diviserat & duo falsa  
exinde deducit.

„Pri-

*Regibus ex-  
pulis earum  
LL. non des-  
erunt omnes,*

mitiis calatis condere in desuetudinem abierit. Porro  
nec

B

„Primo falsissimum esse putat, quod testamenta nostra  
„sunt imitamenta testamentorum per æs & libram, & quod  
„septem testes ostendant septem personas in istis olim  
„adhibendas. Secundo quod V. testes in testamento per  
„æs & libram priscum testandi ritum & P. R. in comitiis  
„comparentem repræsentaverint, *andicæ omnibus*  
Sed an hæc falsa sint, imo falsissima, lusfrabimus. Primum  
falsum putatum sequentibus probat. 1) Quia si repræ-  
sentarent septem testes personas istas, quæ adhibeban-  
tur in testamento per æs & libram, non septem, sed octo  
testes adhibendi essent, quia præter V. testes, libri pens,  
familiaæ emptor & antestatus adhibitus fuisset, qui plane  
alius esset ac libripens, ut demonstrat *Heinecc. Aut. Rom.*  
*Lib. I. Tit. 12. §. 7.* 2) Numerus septenarius testium non  
esset ex J. Civil, sed ex Jure Prætorio §. 2. & 3. de te-  
stam ord. igitur operam perdant, qui ex antiquo per æs  
& libram testandi modo eos derivarent. 3) Denique in  
aliis quoque negotiis, quæ cum testamento per æs &  
libram nihil habeant commercii, numerus testium septen-  
arius fuerit solennis v. g. in Emancipationibus *Gaj. L.*  
*I. J. Tit. 6. §. 3.* in Divortiis *I. 9. n. de divorcio & repud.*  
hinc a Romanis ex singulari ratione in plerisque nego-  
tiis & actibus solemnis fuisset introductus.  
Obs. I. Etsi prima ratiō, pro adstruendo primo falso & absur-  
do, ab initio gravissima videbatur, postea tamen levissi-  
mam esse observavi. Concedimus Antestatum interdum  
fuisse separata personam a testibus ut & a libripende,  
id quod præter observata ab *Heinecc. c. I.* probat vel  
unicus locus *Gaj. L. I. J. Tit. 6. §. 3.* Sed an in testa-  
mentis sit adhibitus & quis nam fuerit, satis dubium.  
Non satis mirari possum, cur si octo personas adhibuerint  
Romani, quæ solennia testamentorum adornarent, octa-  
vam

nec servus nec foemina possit esse testis, nec ullus alias,  
cune

vam omiserit *Justinianus*, *Gaius*, *Vipianus*, *Paulus*, *Theophilus* & omnes antiquitatum conservatores diligentissimi, ex qua taciturnitate omnino ad rei absentiam concludere possumus. Quare,

*Quid significat anteſtari probatur.*

*Non semper anteſtatus fuit persona separata.*

Obs. II. Antestari & anteſtatus vocabulum non semper exprimere personam, quæ testes admonet, sed ſæpenumero ipsum teſtem, reſtiffime obſervat *Polletus Hisſ. Fori Rom. Lib. 5. c. 1.* adde & quæ habet *L. 2. c. 1.* nec non *Taubmannus in not. ad Plaut. in Curcul. Act. V. Sc. 41. v. 17.* & ita explicari vult etiam locus quem ex *Prisciani l. 8. allegant*, qui ex *Livio adfirmat: impuberem libripendem esse non posse neque anteſtari*, hoc est teſtem age-re, ſed defidero hunc locum in ipſo *Livio*.

Obs. III. Non in omnibus ſolennibus actibus adhibitum fuiffe anteſtatū, qui teſtes advocaſet, ita in in *jus votatione* ipſe actor teſtes admonebat vid. *Hor. Lib. 1. Sat. 9. in fin.*

*Casu venit obvius illi  
Adversarius, Et, quo tu turpissime? magna  
Exclamat voce, & licet anteſtari? Ego vero  
Oppono auriculam, Rapit in jus.*

Vbi Adversarius ipſe Horatium in teſtem vocat & deinde auriculam tangit, atque in *jus rapit*, quicquid ad hunc locum ſomniet *Acron*, &c. clarior locus eſt apud *Plaut. in Pers. Act. IV. Sc. IX. §. 10.* ubi *Saturnio Dordalum* ita alloquitur.

*S.A. Age ambula in *jus leno*. Do. quid me in *jus vocas?**

*S.A. Illi apud Praetorem dicam, ſed ego in *jus voco?**

*Do. Nonne anteſtaris? S.A. Tuan' ego cauſa carniſex,*

*Cuiquā mortali libero aureis aterram?*

Obs. IV. In testamentis in ſpecie nullum fuiffe adhibitum anteſtatū vel exiade patet, quia anteſtati officium erat, ut

cum quo testamenti factio non esset, §. 6. J. de Testam.  
ordin.

ut testium fidem, tacta auricula, obtestaretur, hoc autem officio in testamentis ipse testator fungebatur his verbis, uti patet ex Vlp. Fragm. Tit. 10. §. 9. Haec uti his tabulis cerise scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, ita que VOS Quirites TESTIMONIVM PRAEBI TOTE. Eodem & credit Paulli effatum Rec. Sent. Lib. statu.

3. tit. 4. §. 4. Coecus testamentum facere potest QVIA ACCIRE POTEST ADHIBITOS TESTES, & AUDIRE SIBI TESTIMONIVM PERHIBENTES. Unde hodienum certioratio testium est necessaria, licet alii ob negotium sint praesentes L. 21. §. 2. n. qui test. fac. poss.

Obs. V. Alteram dissentientis rationem, vix tantam esse ut refutetur, quis non videt? Certo enim certius est, praetorem nil sine ratione & casu quasi excogitasse, sed ubi vis juris Romani pristini imagines exprellisse, ne in se concitaret P. R. qui tam sancte libertatem coleret; per consequens si queritur quidnam praetor representaverit hoc numero, recurrendum est ad primum fontem, de quo disputamus. Nec dominus dissentiens sibi persuadebit se solum tam lynceis pollere oculis ut solus viseret §. 2. C. 3. J. de test. ordin.

Obs. VI. Quod ad ultimam rationem dissentientis attinet, in qua alia producunt negotia, quae VII. testes desiderant & cum testamentis per aes & libram nullum habent commercium, facilima est responsio. Nego scilicet i) quod emancipatio & divortium nil commercii habeant cum testamentis per aes & libram, in hisce scil. Testamentis, ita rem exponente Vlp. Frag. Tit. X. §. 9. duæ res agebantur, familie nempe emancipatio & nuncupatio testamenti. Eatenus igitur aliquid commercii inter se habent, quatenus emancipatio in hisce omnibus negotiis suscipitur.

ordin. & quid per testamenti factionem b. §. intelligatur,  
cum

tur. Emancipatio enim quædam mancupationis species erat, *Gajus in J. L. i. tit. 6. §. 4.* ut & divortium, sicuti discimus ex *Fefo* voce; *remancipatam*. Imo 2) ostendi ex ipfis LL. potest, quod septem testes enati sint in hisce negotiis ex V. testibus civibus R. libripende & antesta-  
to. De emancipatione res plana est ob Gaji c. locum

ubi hoc: *Quæ tamen mancipatio solebat ante presidem fieri, modo ante curiam facienda est, ubi V. testes cives R. in praesenti erant, & pro illo qui liberpens adpellabatur, i.e. sta- seram tenens, & qui antestatus adpellatur alii duos, ut septem testium numerus impleatur.* De divortiis res tam clara non est, *l. 9. n. de divort. & repud.* saltim dicit: *Nullum di- vortium ratus est, nisi septem civib. Rom. puberibus adhibitis:* Nullum tamen dubium est, quin Augustus, qui primus ita de divortiis sanxit, ante oculos haberit antiquum modum contrahendi nuptias per æs & libram easque dissolvendi per remanications. Testatur enim *Suet. in ejus vita c. 34.* quod antiquiores divortendi modos, qui absque omni solennitate fierent, quales recenset. *L. 2. n. eod.* sustulerit, hinc procul dubio talem revocavit, qui cum analogia rituum Civ. R. proxime convenit, nullum namque olim negotium ferme sine mancipacionibus suscepiebatur.

„Transgredimur tandem ad alterum absurdum supra ab initio „hujus notæ(c) pro positum, quod dissentiens ex nostra hy- „pothesi extricat: Nempe absurde adstrui caußatur quod „V. testes in testamentis per æs & libram P.R. repræsentaf- „fent, idque probat rationibus sequentibus. 1) ostendit P.R. „non in quinque sed sex classes fuisse distributum. 2) de- „monstrare conatur testamenta Romanos condidisse in cu- „riatis comitiis, neutquam vero in centuriatis, idque sequeni- „tibus colorare annuitur a) quia testamenta jam Ançii Mar-

cii

cum nec activa, nec passiva, nec utraque simul intelligi  
B 3 gi

„cii regis & ita circiter Centum annos antequam Servius  
„Tullius in classes divisiſſet P. R. b) quia alias ſequeretur,  
„Quirites intra urbem teſtari non potuifſe c) teſtamenta  
„iūſdem comitiis conderentur, quibus & facrorum dete-  
„ſtationes fierent. d) Centuriata magis ſolennia curiata  
„ad privatorum cauſas aptiora videantur e) comitia in  
„genere poſta magis curiata quam centuriata ſignificant.  
„Hinc concludit ergo XXX. teſtes in teſtamentis eſſent  
„adhibendi. 3) Tertia ratio pro adſtruendo altero abſur-  
„do eſt, in teſtamentis per aēs & libram V. teſtes ideo  
„adhibitos eſſe, quia mancipatio acceſſiſſet, abſurdum au-  
„tem eſſe in omnibus mancipatiōnibus V. teſtes P. R. re-  
„præſentaffe, cum mancipatiōnes non publice coram po-  
„pulo, ſed privatim factae ſint. 4) In aliis quoque nego-  
„tiis numerus teſtium quinquenarius adhibitus ſit v. gr.  
„ſi aetum ſit de partu monſtroſo exponendo, idque jam  
„sub Romulo obtinuerit.

Obſ. VII. Ad primam rationem, qua ex Vinnio hauſta eſt,  
plures jam responderunt, hinc lubens eam pretermiſto,  
inprimis cum ipſe diſſentiens ſiculneam eam eſſe conce-  
dat, dum fatetur ad Clafſem VI. pertinuisse proletarios,  
qui cenſa, capite, ſuffragioque carebant, nulloque erant  
numero.

Obſ. VIII. Majorem attentionem meretur alterum adſertum,  
quo adſtruitur, teſtamenta condita fuile in curiatis co-  
mitiis ubi populus R. XXX, in classes diſtribuebatur, pri-  
ma hujus adſerti probatio deſumitur ex temporibus Anni  
Marcii, ubi teſtamentum condebatur ſupra Obſ. II. Lit. b.)  
enumeratum & ita C. ferme ante annos quam Servius  
Tullius P. R. in classes diſvideret. Sed fingamus, ex iſto  
loco Plutarchi teſtamentum poſſe erui, quis autem ſtatim  
exinde colliget, ergo hoc teſtamentum in comitiis eſt

pro-

gi possit, semper obstante femina. Ita ipsi Romani so-  
len-

*Ab initio te-  
flamenta in  
comitiis non  
sunt condita.*

prolatum. Scimus, omnes gentes, paucis exceptis, vid. Obs. II. in fin. testamento condidisse, ergo concludet etiam Dominus dissentiens, in comitiis sunt facta! Quis ignorat, testamentum Darii Persarum regis antiquissimis sane temporibus factum. *Iust. L. 5. c. n.* Alexandri M. de quo *Cury-  
sius L. 10. c. 10.* Attili apud *Jus. L. 30. c. 4.* & Ptolemai *Apionis, Appian, in fin. Madrid.* & *Jus. L. 39. c. 5.* Quis autem hæc omnia in comitiis esse facta defendet. Excipit forsan Dn. Dissentiens, sed hæc non sunt Romana, loquimur de testamentis Romanis. Scio hæc non esse Romana, scio etiam, quod Romana gens ex variis gentibus collecta sit, & ita ab aliis gentibus ad hanc Romanam concludere fas sit, adde & Obs. II. Deinde notandum, quod moriens testamentum heredem instituerit Laurentiam, qua ratione autem adstrui poterit, ut moriens comitis frequentaret, aut ut morientis causa comitis instituta sint, cum ipse dissentiens concedat testamentorum causa nulla comitia separata fuisse instituta. Tandem meretricem instituit, sed P. R. turpem personam tanti æstimasce ut ideo comitia protraheret credibile non est. Hinc ita argumen- tor, ut ab initio nulla testandi ratio sit præscripta, sed quilibet vel pro more proprio, aut ad exemplum plororumque testamenta scriperit donec ævo Servii Tullii certus aque ac determinatus modus fuerit excogitus. Romulus enim publicas ordinabat res, ut Roma formam indueret Reipubl. ordinatae. Numa Sacra constituebat, Tullus Hostilius bella curabat, Ancus Marcius in dilatandis finibus occupatus erat, Priscus Tarquinius curam ludorum gerebat, donec Servus Tullius res privatorum ordinareret.

*Obs. IX.* Ex secunda ratione Dn. Dissentientis nihil absurdum fluit

lennitatibus erant obruti, ut nemo auderet testamen-  
tum

fluit, quænam absurditas? Cives intra pomœria testari  
non possunt? nec LL. sancire poterant olim intra moenia.  
Nec hodie v. g. domi condere possunt milites testamen-  
ta in procinctu &c.

Obs. X. Tertia ratio stringentior videtur, quæ serio adseve-  
rat testamenta iisdem comitiis esse composita, in quibus  
sacrorum detestationes fierent. Sed ex loco Gellit XV. 27.  
nil extricabunt adversarii. Citatus enim auctor in genere  
loquitur de comitiis calatis, quod pro collegio Pontificum  
habeantur, aut regis sacrorum aut flamminum inauguran-  
dorum gratia, dein pergit: *eorum autem alia esse curiata, alia centuriata: & paulo post ita: iisdem comitiis, que calata adpellari diximus, & Sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant.* Vbiq[ue] generaliter loquitur de calatis comitiis  
nec distinguit, hinc ex hoc loco nemo extricabit facile ad  
quodnam genus comitiorum aut Sacra aut testamenta per-  
tinuerint. Et si vel maxime concedatur sacrorum dete-  
stationes ad curiata pertinuisse comitia, tamen explicari  
potest Gellius ut sacrorum detestatio ad curiata, testa-  
menta ad centuriata pertineant; ita enim verba ejus se ha-  
bent: *Curiata per litorem curiam calari i. e. convocari, centuriata per cornicem;* tunc rem sequentibus prosequitur:  
*iisdem comitiis, que calata adpellari diximus & sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant,* quare colligo, eodem  
ordine Gellium pergere, quo ceperat, scil. prius mem-  
brum ad curiata, posterius ad centuriata comitia refert.

*Explicatur  
locus Gellit.*

Obs. XI. Quarta ratio satis futilis, si quis vult JCros con-  
sumatissimos reprehendere. Putat scil. dissentiens, Cen-  
turiata nimis solennitas fuisse, quam ut causas privatas  
concernerent, per consequens testamenta ad curiata co-  
mitia potius releganda sint, quæ causas privatas tracta-  
verint. Sed quis nescit testamenta inter res publici ju-  
ris

tum legitimū & sine vitio scribere seu facere: teste  
*Cicerone de Orat. c. 2. §. 6.* Scævolam ludente: nam si nul-  
 lum testamentum erit rite factum, nisi quod tu scriperis  
 omnes

ris relata esse apud Romanos L. 3. π. qui test. cond. poss.  
 & hoc adeo verum est, ut ne pater tanquam privatus,  
 filio, cui LL. publ. hoc jus testandi non concessum est,  
 illud permettere possit L. 6. π. ed. nec Patronus liberto  
 L. 47. §. 2. de bon. libert. add. & L. 1. π. ad L. falcid. Ce-  
 terum acceptamus LL. in centuriatis comitiis esse con-  
 ditas, hinc & ibidem LL. abrogationes conditas fuisse ne-  
 cessum est. Demum adseritur quod absolute posito co-  
 mitiorum vocabulo, curiata intelligantur; sed hujus ad-  
 ferti fallitatem confutant loca Gellii citata Obs. X. ex  
 quibus satis superque patet, vocabulum comitiorum æqua-  
 liter competere & curiatis & centuriatis, id quod etiam  
 ex Livii libro V. circa finem discimus.

Obs. XII. Progredimur ad tertiam rationem s. argumen-  
 tationem, quam dissentientes adducunt. Scilicet non ideo V. Te-  
 stes esse adhibitos, quia testamentum conderetur, sed quia  
 intra testandum mancipatio procederet, absurdum autem  
 esse omnibus in mancipationibus testes praesentasse P. R.  
 in primis cum mancipationes non publ. sed privatum fa-  
 etæ fint. Hac in re varia monenda veniunt 1) dubium  
 est an V. testes in hac nostra materia ad mancipationem  
 an ad testamentum pertinuerint; non enim sequitur, ad  
 hunc actum V. testes requiruntur, ergo non ad alte-  
 rum, in primis cum 2) nemo testis in testamento esse  
 possit, qui non comitiorum fuerit capax 3) fingamus pro-  
 pter solam mancipationem V. testes fuisse adhibitos, in-  
 de tamen nil absurdum fluit, si statuamus, ideo V. testes  
 fuisse adhibitos, qui P. R. repræsentarent, licet etiam cum  
 dissentiente ponamus, quod tamen non concedimus,

man-

omnes ad te cives cum tabulis veniemus omnium tu scribes  
unus & vid. l. 88. §. 17. n. de legat. 2.

## §. II.

Ex antecedenti §. 60 facile perspicendum est, quod testamentum publicum, principi oblatum, sit noviter introductum, novioribusque temporibus, actis etiam testamentum insinuare permisum sit. Imo denique numerus testium ad paucos redactus est ita: ut pater inter liberos, interveniente scriptura, plane non opus habeat testibus, it. Milites; rustici. Majores nostri plane ignorabant testamenti factionem, imo abhorrebat, namque Tacitus testis omni exceptioni major c. 20. aureli libelli demonstribus Germanorum clare ac definite enarrat:

C

he-

*Quodcumq[ue] p[ro]fessam  
in priuilegiis  
dum A. Regnante  
A. p[ro]fessam p[ro]ta  
l[et]is: illas sunt p[ro]fess  
E[st] hoc p[ro]fess  
qui sunt p[ro]fess  
L[et]is: T[er]e  
m[er]it[us]: 24.  
N[on] p[ro]fess: null:  
L[et]is: L[et]is  
L[et]is: L[et]is  
S[ed] fatti ignorati*

mancipationes in comitiis factas non esse, ut alicibus maior firmitas majorque follennitas conciliaretur. 4) Ne p[ro]fessamus, quod omnes mancipationes non publice sed privatim sint factae, hoc enim dissentientis adserunt vel una

ca emancipatio, cetera ut taceam, destruit.

Obs. XIII. Vixima dissentientis ratio est, quod in aliis quoque negotiis V. testes sint adhibiti, v. g. si actum sit de partu monstroso exponendo, id quod & Romuli temporibus obtinuerit. Sed respondeo, ante Servii Tullii tempora numerus testium non fuit constans, nunc enim plures nunc pauciores quam V. adhibebantur, sed post haec tempora uniformis numerus quinquenarius testium est demonstrandus, ex rationibus Obs. praecepit propositis. Nec facile dominus dissentientis demonstrabit quod Numerus V. testium in hoc negotio a Romulo originem traxerit.

heredes suicuique libri, & nullum testamentum. Imo si evolvas legum Saxoniarum documentum, scilicet das Sächsische L. Recht lib. i. c. 34. Sine heredum ab intestato consensu ultimæ voluntati nullus locus, vis nulla; conspirat Speculum Suevicum c. 307. hat er Erben die vorschehren/ (verwehren). Neque mortis causa donari fas erat, nec ulla unquam donatio erat rata, nisi donator specimen edidisset rectæ ac integræ valetudinis vel durch den Vortritt eines Hängst-Pferdes vel durch Zuckung eines Schwerdes / vel denique durch Pflügung eines Morgen-Landes / quorsum loca pertinent, in Sächsischen Weichbild art. 20 & 30. atque 65. Hæc tota quidem testamentorum solennitas foro nostro migravit, usus tamen postea fori, quædam mutavit, & mirum est, cur Germani, qui tamen sedem Romanam multa veneratione colebant, & decreta pontificum citius, quam jus civile Justinianeum, receperant, à jure Canonico recesserint & paucis saltē in locis, v. g. in Thuringia, permittatur testari coram parocho & duobus testibus; saltē favor piarum causarum obtinuit, ut jus Canonicum hac in parte sancte colatur. Novum nobis præbet exemplum testamentum tempore pestis conditum, in quo Germani, vel potius usus practicus, simplicitatem juris postliminio quasi reduxerunt. Hinc à re alienum esse non puto, si de hoc testamento exercitiū gratia in hac dissertatione pauca faciam verba.

### §. III.

Ipsum testamentum, quo de agimus est testamentum minus

minus solenne, quod quis, tempore pestis, secundum privilegia, pestis causa data; & concessa, condit ac ordinat. Quid testamentum alias in genere sit, est notissimum; in quibus autem privilegia constuant, ex sequentibus patebit; quare explicationi descriptionis non diu immorandum esse puto. Pestis autem ipsius cum latissima sit significatio, & saepe pro omni morbo epidemio sumatur, tum hic intellectam volumus sensu absoluto lumen illam, febremque maxime acutam & malignam, quae bubonibus, carbunculis, & anthracibus, petechiisque stipata, cum subita virium omnium, sine causa manifesta, prostratione, aliorumque immanium concursu Symptomatum vi contagionis oritur, & serpit, & in complures cum magna strage grassandi vim habet. Atque hic quidem summus est febrium malignarum, pestilentumque, id est, quae anthraces habent, & bubones, & plures cum vita periculo summo adoruntur, gradus, & ipse, cum certissima internectione, ob vim summam contagii maxime maligni, est conjunctus. De contagio illud saltem hic dicere attinet, quod pestilens sit, nec oriri nec propagari ab aere, adjuvari tamen ab ejus constitutionibus posse, contrahi autem vel per somitem, i. e. corpora praesertim villofa, oleosa &c. vel per immediatum contactum. Quare hac ratione inter signa pestis aut febris pestilentis praecipua pertinet, quae praeter alia esse, suspicionemque morbi ejusmodi habere possunt, 1.) si plures eodem loco, nil tale timente, dictis affecti symptomatis, intra horas 24. ad diem quartum, septimumque, qui duo generatim termini sunt

C 2

febri-

febrium omnium acutissimarum lethaliumque & per-  
acutarum, quarum illæ cum internecione, hæ cum vi-  
tæ periculo inuadunt, pereant. Præsertim 2.) si illis,  
qui perierunt, multa intercesserit consuetudo, adeo-  
que contagium contractum sit, vel per communicatio-  
nem somnis cuiusdam, ut dictum, vel immediato con-  
tractu, non ab aëre, quod fieri non potest, ut exper-  
ientia docet, qua constat, inter alia omnes illas pestes,  
quæ in Europa grassatae sunt semper ex oriente, Con-  
stantinopoli, Asiaque minori, quam hodie Natoliam  
vocant, finitimisque regionibus, itemque locis Africæ  
armoricis, Algaria, Tuneto, Tripoli, ad nos perve-  
nisse. Illis enim locis endemia fere, est pestis, i. e. ex  
viæ, vivendi genere impuro, morbisque sporadicis,  
in tanta hominum copia sœvientibus existit; quod ho-  
die Turcas reddidit prudentiores, qui, quoties magis  
solito exacerbatur, consuetudine abstinent conservantur  
que, ne de indictiva statione quatuordecim dierum  
quam Galli Quarentaine vocant, Venetorum aliorum-  
que, qui nunc hos imitantur, dicam. Deinde quoque  
eadem experientia docuit, servari locos, sèpius ne quarta  
quidem lapidis parte a locis infectis distantes, qui aditu ad  
se aliis interdixerunt, & omni consuetudine, quoconque  
modo fieri possit, abstinuerunt tamen 3.) si v. c. vel post  
immediatum cum homine suspecto, quod ex circumstan-  
tiis affectuque, etiam si celaverit, facile perspici potest,  
commercium, vel post adhibitum somníum pestiferum,  
vel ex loco suspecto transmissum, l. etiam a longis re-  
tro annis, quibus pestis grassata est, asservato, adhi-  
bitoque, quod ex effectu cognoscitur, talia oriuntur.  
Quæ objici posse videntur facile inde dilui possunt: a.)

Con-

Contagium, cuius nec naturam, nec ortum, sed signa, effectusque hic exponi attinuit, esse aliud majus, aliud minus mitiusque. β.) Contagium omne, cum in genere sit communicatio quædam extrinsecus facta, materiae morbificæ, quanquam ratione activitatis suæ summe effectivum, semper tamen ratione receptivitatis, i. e. corporum opportunorum magisque vel minus dispositorum agere. γ.) Si, quod nemo negare potest, posteaque dicetur, nuncupativa testamenta valent in aliis morbis peracutis acutisque & exanthematicis, malignis, v. g. febre petechiali, purpura maligna, variolis malignis, febre hungarica, multo magis in febre pestilentiali, ipsaque peste, summis illis omnium morborum acutorum & exanthematicorum malignorum gradibus, id fieri debet,

## §. IV.

Cum solennitas septem testium de forma substantiali dicatur, & jus civile a jure in testamentorum confectione requisitis nihil remisit, atque regula generali tamdiu inherendum, donec ejus exceptio demonstretur & probetur L. 5. n. de probat. l. 4. n. de hered. Inst. omnino quæstio oritur: an hic exceptio a regula sit, illaque probari possit?

§. V.

Jus Civile præcise septem testes requirit, & con-  
sociationem tantum remittit, nempe possunt tantum  
modo bini advocari l. 8. C. de Testam. l. 28. C. de Test. HAR-  
PRECHT add. §. 3. n. 56. seqq; quod igitur non mutatum.

con- Puderung su  
um- mine festiget  
HAR- plectis Reguliss  
tum nec statim destatim  
quae ror et validum .  
dilectis meos tempore juc  
dit si subsumere min  
et al.

Prv. L. 8. f. 1. te pani quia m grava est suorum audito totum de hunc  
foceritatem Iepini L. 2. f. 1. de aqua et aquarum pluviarum L. 2. 8. ydri  
de cuius f. 1. et ad illa f. 1. cum est X. de papa horis v. non in tempeste  
tempore stridet et regnat dominus in his stridet. Tercio die caro apud myrras  
confundens rufat et macta multa in locis stridet. Non caput sed capilla

quare stare prohibeatur l. 27. pr. Cod. de Testam. l. 32. §. fin. Cod. de Appell.

### §. VI.

Ast enim vero quia nihil est, quo magis homines delectantur, ut eorum liber sit stilus, eorumque arbitrio sit relictum de eo disponere, quod quis post mortem suam fieri velit, l. i. π. qui test. fac. poss. l. 15. Cod. de pactis. ea sententia, quæ ultimas hominum voluntates tuerit, omnibus aliis semper præferenda l. 13. in pr. π. qui & a quibus manum. atque in ore duorum vel trium testium omnis veritas consistat. Deut. 17. v. 6. & 19. l. 12. π.   
 In testam. milit. l. ult. §. fin. C. de Codicil. recte testari posse, Practicorum est opinio, quam opinionem in Saxonia expressa sanctio P. 3. C. El. 4. confirmavit. Immo ulterius progreditur DD. opinio statuirque quod testes ne quidem in eodem conclavi cum testatore esse teneantur, sed e longinquo stare & e cancellis aut fenestris testatorem disponentem audire & videre queant Stryck in Caut. test. Cap. II. §. 2. & 4. Oritur vero dubium, anne instar militis testator etiam pestis tempore nuda scriptura absque testibus ultimam suam voluntatem condere possit? Responderetur quod non. De jure Civili enim res luce meridiana clarior est, cum in d. l. 8. de solennitate communi parum laxatum. Imo etiam jure nostro Electorali decisio non adeo obscura est, verba sc. dictæ Conf. 4. supra allegatae contrarium abunde indicant. Sæpius vero tempore pestis testamen-

menta nuncupativa, quia expeditius fieri possunt, condi solere comperimus, et si alias jure communi nulla necessitate obstante modus per scripturam testandi utilior tutiorque habeatur, *Vin. ad §. 14. f. de Testam. n. 3.* Nempe si testator nolit, vel non possit scriptis testari, peste forte jam obreptus & summo vitae periculo decumbens gravissimisque actus symptomatibus. Nam malum hoc cum cursum suum velocissime soleat absolvere, quid facilius, quam ut in praesentia quorundam testium duobus vel tribus verbis veluti: *Titius heres esto l. l. §. 3. π. de hered. inst. heredem suum nuncupet.*

§. VII.

Quia propter periculum imminens a regulis juris receditur. Pestem autem tale periculum, & proinde omni modo, ne per contagionem latius serpat amputandam esse & talem metum, qui in constantissimum virum cadere possit, incutere certum est. Quinimo in loco pestis manere aut eundem intrare est tentare Deum, qua propter necesse eriam est, cum pestis nominatim illud licitum faciat, quod alioquin illicitum, ut propter eam regulas juris transgredi & numerum testium minuere licet. Quemadmodum enim inter arma silent leges, sic etiam in militia & vi pestilentiali leges conquiescere necesse est, & pestilentiali gladio cæsum & vulnerarum quaque ratione testari sufficit, cum pestis & belli tempus æquiparentur. Multo igitur cautius hic agendum & solennitates istæ rigorosæ, in minus solenni præsertim dispositione, non tam stricte observandæ sed

sed potius ad jus Naturale & jus Gentium, ubi duo etiam testes sufficiunt, recurrendum erit.

### §. VIII.

Eiusmodi modo nonsolum in Camera Imperiali in causa Johann. Jülich<sup>s</sup> contra Philipp. Erlebach & confortes 1. Jul. 1540. sed etiam in summo Saxonico provocationum senatu judicatum fuit *Conſt. 4. p. 3. & 3. Mund. Conſ. 21. V. II.* Non ergo video cur tam anxie solennitates civiles requiramus; cum & hic de voluntate minus solenni, ubi solennitas acquiescit, quæſtio habetur. *Bald. conſ. 284.* Quia & testamentum patris inter liberos factum, nec duorum testium fide firmatum, valeat *l. 21. §. 1. Cod. de Testam.* voluntas militis quoque modo prolata subsistit *pr. 3. de mil. test. milit.* elogium supremum piis causis factum, & duobus testibus assertum, sustinetur, sic etiam satisfactum censetur testamento tempore pestis condito duobus testibus.

### §. IX.

*¶* Si quidem in omnibus negotiis humanis lex necessitatis suprema est, & a nullis solennitatibus regitur *l. 23. l. 49. n. famil. bocſcund.* quidni etiam hoc casu, cum suprema testantium vita, omni favore complectenda, plenius explicanda, & conservanda, sint *§. 5. Inst. de legat.*

### §. X.

Tandem hæc sententia, quod duo etiam testes sufficient, magna æquitate nititur, & in consulendo sequenda.

da. *Jason in l. fin. n. 5. Cod. de Testam. Conf. 4. P. 3.* Sæpius hactenus allegata, sat claris verbis decisum, ut nempe sufficiat, si coram duobus, vel tribus testibus testamentum tempore pestis condatur ac ordinetur, quod hodie usu receptum est, & alia lege hactenus nihil constitutum. Plura præjudicia videas velim apud *B. Carpz. ibid.* Omnes enim ac singuli mortem & mortis periculum timent, ac abhorrent, & proinde, quantum in se est, ut mortem effugiant, operam adhibere debent: unde non immerito, non solum a singularibus, iisque magni nominis & eruditionis JCtis, sed & a supremis Collegiis, in quibus assessores jus dicunt, Camera puta, summo Senatui Saxonico provocationum sæpius ita pronunciatum, evolv: *Mund. Conf. 21. V. II.* quin etiam a laudatissimis Juridicis facultatibus & Collegiis Lipsiensi, Vitembergensi, aliis comprobata & usu recepta est, ut non immerito; etiam extra Saxoniam, pro lege non scripta, i. propter consensum tacitum, habenda sit. adde omnino *Gail. Obj. L. 2. O. 118. n. 18.*

**§. XIX.**

Supereft adhuc ea quæstio, an etiam rogari debant testes ad testamentum tempore pestis conditum? sufficiunt etiam non rogati *Carpz. p. 3. Conf. 4. def. 8.* modo sint animo & corpore præsentes, ut omnis fallacia & fraudis suspicio eo magis eviteretur, testes testatorum videre & audire debent *Carpz. p. 3. c. 4. d. 10.* addatur & §. 7. diff. hujus. Valet tanquam minus solenne etiam post morbum in perpetuum *Carpz. p. 3. c. 4. def. 5.* alias

D

que

que in locis. *Berg. in Oecon. l. 4. n. 5. §. 7.* ejusmodi testa-  
mentum non intra annum tantum sed in perpetuum  
valere arg. *l. 1. Cod. de Testam.* quæ sententia in foro nostro  
recepta est. Ut enim in testamento ad pias causas, adde-  
*Stryk. Caut. test. c. 12.* in ultima item voluntate patris inter  
liberos, *Stryk. c. l. c. 10.* alioque quovis testamento, ratio-  
ne solennitatum imperfecto, necesse non est, testes so-  
lenniter rogare, ita etiam in testamento tempore pesti-  
lentiæ confecto solennitas ista testes rogandi remissa est.

## §. XV.

Jure civili Romano ad hoc testimonium quod requiri  
nequeant mulieres, ex *l. 8. Cod. de Testam.* clare appareret.  
Sed Secundum Jus Saxonum alia est quæstio. Nam  
eas omnino & salvo jure admitti censeo, propterea,  
quod mulierum testimonium nec jure gentium neque  
in causis judicariis reprobatur *l. 20. §. 6. de Testam. l. 18. π.*  
*de Testib.* Sequitur, quod etiam in hac materia secun-  
dum nostra jura testimonium mulierum admitti debeat;  
quæ sententia non solum pluribus placuit, sed etiam  
apud nos usu recepta *Berlich. P. 3. Con. 5. n. 27. & seqq.*  
*Carpz. P. 3. c. 4. d. 6.*

## §. XVI.

Ut vero quis testamentaria jure privilegii propter  
pestem condere possit, non ipsius sufficit propositum  
& voluntas, sed requiritur, ut etiam eo tempore gra-  
setur

setur pestis. Duae hic adsunt potissimum causae privilegii,  
acumen morbi, citissime & cum internecione decur-  
rentis. Ad eoque validum est testamentum, si dominus testa-  
toris infecta est, & requiritur, ut pestis sit in ipsa  
domo præcise testatoris, & plerisque in locis, in pri-  
mis in Saxonia hoc servatur *Conf. El. 4. p. 3.* Non ta-  
men hanc fovent sententiam JCti omnes, & ita di-  
cunt, si ratione æquitatis progreedi contendimus, non  
est necessaria, ut pestis grassetur. Nam licet quis rali  
rerum statu adhuc sanus sit, nec ædes infectas possi-  
deat; tamen difficile erit, imo vix fieri poterit, ut  
septem testes tam cito haberi, ut omnes solennitates  
scrupulosæ debito modo absolviqueant. Certum enim  
est, etiam inter incolumes in ejusmodi calamitate in-  
credibilem esse aversationem ac suspicionem. Et  
quanquam quidam sunt habiles & actui testandi continua  
interesse non recusant, difficulter tamen eos reperies.  
Act tandem, si tu ipse adhuc salvus, quis tibi injungere po-  
terit, ut testibus infectis, aut tantum suspectis, si sanis  
deficiant, utaris? Conferri etiam potest Lauterbach  
*Comp. Jur. pag. 503.* Si vero pestis levis & tantum remota  
loca, aut tamen non omnes occupaverit plateas, ita,  
ut pauci ea laborent homines, aut moriantur, ac te-  
stator in salubri habitat loco & platea, tunc procedere  
credo opinionem *B. Carpz. d. l.* præsertim ubi amplissi-  
mæ sunt civitates. Etenim lex *9. Cod. de Testam.* ut pri-  
vilegio uti possim, plus non præsupponit, quam de-  
territionem testium, majorem atque contagionis ca-  
sum, i.e. pestem magnam & vehementiorem, quæ  
fere omnes deterreret testes, quia autem & testes,

deterrentur, si ipse testator decubuit, aut ædes ipsius saltem infectæ, ex ejusdem legis ratione æquum esse videtur, ut quamvis levis regnet pestis, privilegio nihilominus locus esse debeat. Neque huic distinctioni verba Constitutionis Ele&t. Aug. repugnant. Generatim autem hæc omnia ex iis, quæ supra de peste dicta sunt, intelliguntur, ut etiam ea, quæ sequuntur.

## §. XVII.

*Quæritur nempe porro: an præcise pestis requiratur. Respondetur: quod non. Satis enim est, si tantummodo similis adest morbus, si est infectio de persona in personam transiens, propter quos morbos contagiosos non facile numerus testium ordinarius cogi similesque solennitates juris civilis observari possunt, aut applicari queant. allegat l. 8. Cod. de Testamentis.* Quanquam nonnulli statuunt dictam legem, ne quidem de peste, sed tantum de morbo comitiali sive caducovalere, von der Schweren Neth oder bösen Maude / ut vulgo audire solet. *Conf. D. Gortfr. ad l. 53. de Adil. Edict. Lit. R.* qui uni ex testibus contingeret, esse interpretandam, sed menti ac verbis, quam inconvenienter, quilibet statim percipere potest. Verba enim, adversus timorem contagionis, quæ testes deterret, tam significantia sunt, ut haud aliter, quam de peste intelligi queant, appellatur enim pestis Contagium per excellentiam, quia omnes alias morbos velocissima contagione sua superat. Et quidem mirum, pestem aliquem adeo subito adoriri,

ne

ne actui testandi interesse posse. Quod reliquum est  
videas quæso apud Carpz. sepe alleg. C. 4. P. 5. d. 1. n. 4.  
& seqq.

### CIVITATIS HINDEM §. XVII.

Exinde fluit: quod febres petechiales, die Fleck-  
Gieber omnino privilegium nostrum testandi admittant  
sicuti etiam hodie responderi solet Dn. Richter  
sup. all. l. ubi duo invenies responsa, plures quoque de  
hac re Dd. allegavit Stryck. *Caut. test. c. II. §. 9.* Idem  
judicium erit de lue Venerea vulgo Franzosen / & Dy-  
fenteria den Roth oder Durchlauff; nam & hi morbi  
admodum sunt contagiosi, ac metum eos incutere, ne-  
mo est, qui ignoret. Illius enim, ipsa *Conf. El. Aug. 28.*  
*p. 4.* verba: Jemand mit dem Franzosen oder andern  
Krankheiten/ wissenschaftlich und ohne vorhergende Ver-  
warnung vergisstet, quod sit venenata ac aliquem in-  
fiscere queat, memorat. Si quis vero sua culpa dictam  
luem sibi adscivit, sequitur quod privilegia non debeant  
esse præmia malorum.

### §. XVIII.

Sufficient hæc attulisse de Testamento tempore  
pestis condito privilegiato, imprimis cum otia nobis fe-  
cerit Stryck. in *Caut. test. Cap. XI.* Neque amplius,  
quid restat, quam ut in fine Dissertationis nostræ  
debitam profiteamur

SOLI DEO GLORIAM.

V I R O  
PRAENOBI LISSIMO ATQVE DO-  
CTI SSIMO  
IO. AVGVST. WEINLIGIO  
S. P. D.  
P R A E S E S

**R**eddo Tibi, Vir Prænobilissime,  
Tuum industriæ specimen, ea-  
dem forma, qua mihi tradidisti, nec  
ausus sum verbum immutare, ne in-  
terpolentur ea, quæ proprio Marte  
elaborasti. Pace saltem Tua addidi  
notas, quæ pro confirmanda Tua  
opinione necessaria videbantur, im-  
primis

SOLI DHO GLORIAM

primis cum haud ita pridem non ne-  
mo eruditorum opinione, quas &  
tu sequeris, magno hiatu, evertre  
conaretur. Gratulor Tibi de speci-  
mine eruditio, quod procul dubio  
Musarum Patronos haud paucos Ti-  
bi conciliabit, mihi vero gratulor de  
auditore tantis pollente iugenii atque /n  
diligentiae dotibus, de quibus non  
nisi solida sperare possum. Va-  
le mihi que fave. Vitember-  
gæ d. VII. Novembr. Añ.  
cIɔ Iɔ CC XXXIII.



go vero gratias, quas prosum mente concigere maximas. T. B. d.  
B. R. valentib. amplissimis. p. ago habeoq; quod leuius mea dubia etu-  
tisima excusione et resolutione p. dignatus. Credo, me semper  
emori hanc benignam in me voluntatem animo esse complectionem,  
et unquam contumeliam, ut ingrati animi ratio accusari possit.  
la vero TE tuus, studioriae insigne atque somniorum orn-  
entum. D. O. M. seruet, ac tueatur, quo diutissime iucenum  
dilectorum salutis considerere queas.

Ego vero non humanitatem tuam V. I. Honora. A. et d. p.  
d. d. s. grauissime grato complector animo, qui pro more tuo  
dubia mea etudiosissime et humanissime respondisti, et q. emen-  
te, quod laetus, non deficiens. Naturae eisdem et perspicuum  
est tuus in me propensitas animi et favor, sed tamen sic tuus  
tuus corroboratus es, ut de canido TV. in me affectu nullus da-  
tare possem. Perge vero in eiusmodi affectu perseverare, et  
amicitiae TV. dulcissimis fructibus carere nunquam pa-  
re. Ego, quemadmodum adhuc fieri T. B. mutrum amorem  
inflavare nullo non tempore desinam, et quavis data occasione  
ea mea T. B. somnabo. Quod reliquum est, et animo poteris,  
et vero, ut TE Deus in spem ac solatium TV. amplissimi con-  
stitutissimumque parentis quam longissime seruet, tueatur.

MITTENBERG, Diss., 1733


ULB Halle  
002 408 449

3



Sb 706

W. H. g. Sh. u. K. + f



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

ddr:1111:  
LXVI.  
2132

DISSE<sup>1733</sup>RTATIO JVRIDICA  
DE TESTAMENTO  
TEMPORE PE  
STIS CONDITO  
QVAM  
LL: JVRISCONSVLTORVM ORDINIS CONSENSV  
*AD DIEM VII. NOV. A. M DCCXXXII.*  
PRAESIDE  
GOTTLIEB STVRMIO  
PH. ET J. V. D.  
IN AVDITORIO JVRIDICO  
SVBMITTIT  
*AVCTOR ET RESPONDENS*  
JOANNES AVGVSTVS WEINLIGIUS  
DRESD.  
—  
VITEMBERGAE  
LITERIS SCHLOMACHIANIS